Proemium in quartã partem Summe domini Antonini archipreſulis florentini ordinis predicatorum.

Benedictionem dabit

legiſlator:ibũt de virtute in virtutem: videbitur deus deorũ in ſyon ps.lxxxiij. Tota vita hominis ſup terram:eſt quoddam iter. Unde dicitur Miche.ij. Surgite ⁊ ite:q2 non habetis hic requiẽ. Et q2 omnis motus eſt ꝑpter quietem:qui vult ſaluus eſſe oportet vt in mẽte ſibi preſtituat terminum ad quem ꝑuenire intendat:ad quem perueniẽs requieſcat:⁊ mediũ vie per quam incedatur lumine illuſtretur: q2 qui ambulat in tenebris:neſcit quo vadit Joannis.xij.ait xp̃us qui eſt via: veritas ⁊ vita. Lumen eſt gratia diuina. Uia eſt virtus. Arta ẽ via que ducit ad vitam. Mathe.vij.inquit dominus noſter: q2 virtus cõſiſtit circa difficilia. Terminus ẽ vita eterna:ſuperna hieruſalem dicta pacis viſio : vbi ſedebit populus in pulchritudine pacis:in requie opulẽta:vt teſtatur Jſaias.xxxij. Econtra via lata: que videtur homini recta:luce gratie carẽti:⁊ nouiſſima eius ducũt ad mortem ſempiternam :infernalis babylonis eſt peccatorum via:quo peruenientes ſeruiũt dijs alienis:id ẽ demonijs qui nõ dant eis vllam requiẽ vt dicit̃ ꝓuer.xiiij. Auerſamini igitur vicia:colite virtutes:⁊ optatã naturaliter requiẽ conſequimini. Et hoc ẽ quod ps.ait Benedictionẽ ⁊c̃. Ubi tria nota.

Principiũ vñ moueamur:ibi bñdicionẽ dabit.
Mediũ per qđ ꝓficiſcamur:ibi.ibũt de v̾tute.
Terminũ ad quẽ ꝑducamur:ibi videbit̃ deus.

¶ Principiũ vnde oportet nos moueri in bene opando:eſt lucis gratia. Sine miſericordia enim dei ſeu gratia pꝛeueniẽte:vt velimus:⁊ ſubſeq̃nte:vt volitũ bonum operemur:nulla bona opa facere valemus:ait Auguſtinus.ſcilicet meritoria. Et hic gratiam ꝓpheta vocat benedictionẽ. Nil ita benedicitur id ẽ efficitur creature rationali a deo in vita pñti:ſicut cum gratia ei infunditur. Dicere enim dei ẽ facere:vnde ꝓuerbio.x. Benedictio domini ſup caput id eſt mẽtem iuſti. Pro hac enim datur bñdictio glorie:cũ dicitur Uenite benedicti patris mei percipite regnũ ⁊c̃. Mathei.xxvi. Hanc aũt benedictionem dabit. non retribuet ſeu reddet quia nõ ex operibus noſtris:ſed gratis ſua liberalitate largitur:alioquin iam nõ eſt gratia. Dabit aũt legiſlator qui eſt chriſtus. Unus eſt enim legiſlator ⁊ iudex Jacobi.iiij. qui legem moſaicã dedit in qua ſunt precepta omnium virtutũ:⁊ euangelica in qua ſũt ⁊ conſilia ad ꝑfectionem ducentia ipas virtutes De qua gratia habes diffuſe infra in iſta quarta parte titulo octauo. Medium per quod ꝓficiſcamur eſt virtus:ibũt de virtute in virtutem. Un ꝓuer.iiij. Juſtorum ſemita quaſi lux ſplendẽs proficit ⁊ creſcit vſq3 ad perfectum diem. ſemita que eſt via arta : eſt virtus ꝑ quam incedunt iuſti. Jſta aſſimilatur luci:que paulatim in die creſcit vſq3 ī meridiẽ.ſic ait Chryſo. Et Nemo repẽte fit ſũmus:ſ3 a minimis quiſq3 inchoat : vt ad maiora perueniat. Et hoc ẽ quod dicitur. Jbũt de virtute in virtutẽ:imitantes apoſtolum dicẽtem Phil.iij. Que retro ſunt oblitus:in anteriora me extendens ad brauium ſequor ſupne vocationis. Jn cuius figura quã vidit Ezechiel.in ſpiritu ſancto ſignificãtia vt exponit Gregorius Cum ambularent nõ reuertebantur ſcilicet ad defectos dimiſſos:nec firma manebant: ſcilicet ocioſa:ſed vnũquodq3 ante faciem ſuam gradiebatur. Ezechiel.i.capi. Et notandũ q2 duplex ẽ virtus.ſcilicet acquiſita ⁊ infuſa. Uirtus acquiſita eſt:que ſcḋm phm̃ ſecundo ethicorum bonum facit habentem ⁊ opus eius bonũ reddit. Et hec cauſatur ex actibus hũanis frequentatis: quia ex frequenti actu temperãtie:fit homo temperatus ⁊ ſic de alijs. Sed huiuſmodi nõ ſufficiunt ad ſalutẽ. Unde non vere bonum conſtituũt nec opus bonũ:ſcilicet meritoriũ:⁊ ſi in genere bonum. Uirtus infuſa diffinitur a magiſtro ſentẽtiarum in ſecundo poſt Auguſtinum. Que eſt bona qualitas mentis.i.quidã habitus bonus in mente:qua recte viuitur quã deus in nobis: ſine nobis opatur:ſine nobis intelligitur:nõ principaliter opantibus: ſed in nobs ꝯſentientibus ⁊ coopantibus. Et iſta econtra non cauſatur ab actu humano:ſed ex infuſione diuina. Et ex ea cauſatur actus meritorius ⁊ multiplicatur frequẽter:actus autem auget habitum. Ex virtutibus igitur acquiſitis. Jbunt electi dei in virtutem infuſam:quia ille diſponunt ad illã. ¶ Secundo ſciendũ q2 in virtute qualibet conſideratur ⁊ habitus ⁊ actus eius:que ſũt diſtincta realiter. Nam habitus ſemper manet:niſi virtus ꝑ mortale excludatur. Actus aũt eius trãſit ⁊ meritum in anima remanet. Non autẽ habitibus ſed actibus meremur ſi boni ſũt ⁊ demeremur ſi mali. Frequẽter ipſa virtus que ꝓprie importat habitũ denominat actũ ſuum:vt actus eius dicat̃ virtus:vt verbi gratia. Jn ſymbolo athanaſij dicitur. Eſt ergo fides recta : vt credamus ⁊ confiteamur:q2 dñs noſter ieſus chriſtus dei filius deus ⁊ homo eſt. Credere ꝓprie non eſt fides ſed actus eius interior:⁊ confiteri actus exterior:vnde ſumitur fides pro actu ſuo. Et ſic ſumitur hic. Jbunt de virtute in virtutẽ. id eſt exercebũt in actibus virtuoſis:tranſeũdo de actu vnius virtutis ad actum alterius. Non.n.decet

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſemper ſe exerceri in actu vnius virtutis:ſ; mo
do in actu fidei aſſentiēdo his q̄ eccleſia ꝑdicat
quando talia mēti occurrūt: iux̄ illud. Credite
illi ⁊ nō euacuabitur merces veſtra. Accedentē
enim ad deum oportet credere ait apoſtolus ad
hebre.xi. Iſte ē prim⁹ paſſus in ꝓceſſu uirtutū
aliquādo in actu ſpei. ps.xxxvi. Spera in deo et
fac bonitatem: expectando beatitudinē a deo ⁊
auxiliū gratie. ſi tamē ex parte tua facias bonita
tē alias ꝓſumeres: non ſperares. De ſpe aliquā
do ⁊ ſepe procedendū eſt ad actū charitatꝭ. iux̄
illud Luc.x. Diliges dominū deū tuum ex toto
corde tuo: et ex tota anima tua: ⁊ ex omni mente
tua: ⁊ proximū tuū ſicut te ipſum. De virtutibus
theologicis ibant exercendo ſe electi ad opa bo
noꝝ. q̄ et ſūt v̄tutes licz dona dicantur virtutes
aliquādo in actu diuini timoris. Eccleſiaſtes vl
timo Time deum ⁊ mandata eius ſerua. Et de ti
more ad actū pietatis eoꝝ. ſcilicet q̄ pertinent ad
cultū diuinum videlicet ad orationē: votum iu
ramētum ⁊ hi⁹. Uel etiam miſerationem ad pro
ximum. i. ad Thimo.iiij. Exerce teipm ad pieta
tem: de pietate ibunt ad actum ſciētie. Hiere.ij.
Scito ⁊ vide quia malum ⁊ amarū eſt te dereli
quiſſe deum tuū: pertinent enim ad hoc donū:
noſce defectus ſuos: ⁊ bene ꝯuerſari inter homi
nes vt nō decipiatur. De ſcientia ibūt ad actum
fortitudinis vt non ſolū equanimiter aduerſa
ſuſtineat: ſed ardēter aggrediantur ardua ꝓ deo
Thobie.v. forti animo eſto. De fortitudine ibunt
ad actum conſilij: ⁊ circa aduerſa que occurrūt
agendo meliora aſſumendo. Unde Eccleſiaſtici
xxxij. Sine conſilio. ſ. mentis nihil facias: et poſt
factum non penitebis. De cōſilio ad actum intel
lectus intus legēdo ſcripturas nō ſolum que in
cortice: quia lr̄a occidit penetrando ⁊ deguſtādo
ps.ij. Et nunc reges intelligite erudimini qui iu
dicatis terram. i. corpus ei dominando: nō reges
De intellectu ad ſapientiam diuina deguſtando
ad coll.iij. Que ſurſum ſunt ſapite nō que ſuper
terram. De donis tranſeūt ad virtutes cardina
les: vt inferiores eis operationes earū agendo
Aliquādo in virtute temperantie: quo ad abſti
nentiam ⁊ caſtitatē ⁊ alias eius partes prima pe
tri prima. Sobrij eſtote ⁊ vigilate: q2 aduerſari⁹
veſter diabolus ⁊c. De virtute tēperātie ad actū
ibunt fortitudinis patiēter ferendo queciū; ad
uerſa ꝓ virtute: iuxta illō Eccleſiaſtici.ij.c. Om
ne quod tibi applicitū fuerit accipe: ⁊ in dolore
ſuſtine: ⁊ in humilitate tua patientiā habe. Et de
fortitudine ad actū iuſticie: ſm illud. Iuſte iudi
ca proximo tuo. Leuit.xix. Et de iuſticia ad pru
dentiam: ſm illud Math.x. Eſtote prudentes ſi
cut ſerpentes. De his omībus ⁊ partibus ⁊ acti
bus earū: per totum libꝝ iſtum diſtinctū in.xvi.
titulo. ita q⁹ quelibet virtus ⁊ donū habet vnū
titulū. Quintuſdecimus aūt eſt de gratia in me
dio poſitus: non tn̄ ſm iſtum ordinem poſiti ſūt

ſed per alium: vt patet ex certa cauſa. Sextuſde
cimus titulus de virtute in generali: qui ē in ꝑn
cipio ſeu primus titulus. ¶ Tertio ſciendum
q⁹ quelibꝫ virtus habet gradus ꝑfectiōis maio
ris ⁊ minoris iuxta illud Job.xxxi. per ſingulos
gradus pronūtiabo illū ſcilicet deū: q2 q̄̄to ma
gis q̄s aſcendit ad maiorem gradum perfectōis
virtutū: tāto magis debet deū laudare: et ab eo
recognoſcere totum: et tanto magis glorificatur
deus ut oſtenditur magnitudo ei⁹ apud homies
qui talia donauit hominibus: De his gradibus
diffuſe tractat Gregorius: de peñ. diſtinctiōe.ij.
Quum ſanctam eccleſiam. Terminus ad quē
ꝑducamur ē ire de virtute in virtutē: inde vide
bitur deus deoꝝ in ſyon. Deus dicitur deoꝝ ſci
licet dominus ideſt angeloꝝ ⁊ ſanctoꝝ ⁊ omniū
dignitatū actoꝝ qui et ipſi dij aliquādo dicūtur
Syon interꝑtatur ſpeculatio q2 ſancti ſpeculāt
. i. clare vident deum facie ad faciem. Et viſio eſt
tota merces: ait Auguſtinus. Quod ⁊ ſaluator ip
ſe oſtendit cum ait Joan.xvij. Hec ē vita eterna
vt cognoſcant. ſ. clare ⁊ ꝑfecte: te ſolū veꝝ deum
et quē miſiſti ieſū chriſtum. Ubi notatur myſteri
um trinitatis perſonaꝝ ⁊ vnitatis eſſentie: et hu
manitatis chriſti aſſūpte vt al's dictū eſt: qō totū
ibi videbit. Uiſio aūt illa tante pulchritudinis ē
tanto q3 amore digniſſima vt quibuſlibꝫ ⁊ quan
tiſlibꝫ bonis ꝑdictis ſine ea: aīam eſtimet infeli
ciſſimā plotinus philoſophus: vt refert Aug.x.
de ciuitate dei.xxiij. Implebimur: inquit ps.lxiij
in bonis dom⁹ tue ſanctū ē tēplū tuū mirabile in
eq̄tate: vel in iuſticia ſm alias litteras. Domus dī
in qua manſiones multe ſunt varietate ꝑmiorū
eſt ſtatus glorie: vbi videt deus ⁊ ibi replebimur
bonis. Hic nulla boni plenitudo. ſ. talis q̄ mētē
quietet. Nam nec auarus impletur pecunia: vt
dicitur Eccleſiaſtes.v. nec ſaturatur oculus viſu
nec auris auditu. Eccleſiaſtes.i. quorū cunq; pul
chrorum ⁊ ſonoꝝ: vel ſapientū verborū. Sed vt
ait Aug. in li. confeſſionū: feciſti nos domine ad
te: inquietum eſt cor noſtrū donec inquieſcat in
te. ſ. in pr̄ia: ⁊ ibi implebimur bonis. Nā intelle
ctus implebit cognitione ſūme veritatis Eccle
ſia canit. Que nunc in ſpem gerimus: plena veri
tate capiamus: volūtas ſeu affectus implebitur
dilectione immēſe bonitatis: vnde in cāticis. Ui
diſtis eam. ſ. animā ad patriam aſcendentem ple
nā charitate. Iraſcibilis implebitur tētione per
petue ſecuritatis Eccleſiaſtici.xxiiij. In plenitu
dine ſanctoꝝ detentio mea. Detinet diuina ſapiē
tia que ibi loquitur: quia detinētes facit ſāctos
plenitudine bonorum illoꝝ. Concupiſcibilis im
plebitur fruitione perpetue iucūditatis ps. Ad
implebis me leticia vel iucunditate cum vultu
tuo. Erit enim tūc deus omīa in omnibus. ſ. bea
tis: vnde impleti omnino. Sanctum ē templum
ſubdit ps. in dicta auctoritate. Templū dei eſtis
vos: ait Apls. i. ad corin.iij. ⁊ ipſi ſancti domus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dei.ſanctum eſt.i.mūdum ab omni peccato:ſine macula enim ſunt ante thronū dei Apocal.xiiij. Sanctum eſt deo dedicatū:ibi enim vacabitur laudibus dei:nec aliud erit exercitiū dicit Aug. Sanctum.i.firmum vt nunꝗ̄ auerti poſſit a deo nec aliqua infirmitas vel moleſtia corporis. Mirabile in eqtate vel iuſticia. Juſticia vt dicit philoſophus eſt oīs virtus ſcḋm hanc acceptionem dicitur Math.xxv. Juſti aūt ibunt in vitam eternam.non enim ad illam aliter peruenirent ſine iuſticia.i.omnis virtus inueniretur in eis:ita ꝙ nulla deficiat. Jpſeq̄ꝫ virtutes ibi in eis permanent:ſed ad alium vſum ꝙ̄ hic. Auguſtinus ſup pſ tractans illud mirabile in iuſticia ſic ait:iſta ſunt bona illius domus ⁊ tēpli:nō dixit templū mirabile in colūnis:mirabile in marmoribus:mirabile in tectis auratis:ſed mirabile ī iuſticia. Habes foris oculos vñ videas marmora ⁊ aurū Jntus ē oculus:vnde videatur pulchritudo iuſticie:ſi nulla ē pulchritudo iuſticie:cur amatur iuſtus ſenex. Quid affert in corpore qḋ oculos delectet. Curua membra:rugatam frontē:caput canis albatū imbecillitatē vndiq̄ꝫ querulis plenam. Sꝫ forte oculos tuos nō delectat ſenectus decrepita.aures tuas delectat:quibus vocibus quo cantu. An forte ſonus verborum eius delectat aures tuas:q̄ verba vix plena enūciat lapſ dentibus:tñ ſi iuſtus eſt:ſi alienū nō concupiſcit ſi qḋ ſuum ē erogat pauperibus:ſi bene monet ⁊ rectum ſapit integrum credit:ſi paratus eſt ꝑ fide veritatis:ipſa cōfracta membra impendere Quid in huiuſmodi amamus?quid oculis carnis in eo videmus bonū?nihil. Quedam ē ergo pulchritudo iuſticie:quam videmus oculis cordis:quā amamus:quam exardeſcimus:quid in martyribus erat qḋ amaretur:niſi quia erat in illa feditate laniatorū membrorū integra pulchritudo iuſticie. Jſta ſunt bona domus dei. His te para ſaciari:hec ille. Si ergo virtus hic amatur ſapiētia appetitur:gaudiū ſeu delectatio querit:⁊ ibi videtur deus deorū omnia iſta pleniſſime ergo illa domus illud templū querendū:illud ſup omnia amandum:ad illud totis viribus inſudandum ꝑ virtutum viam conſequendum.

Tabula

Titulus primus huius quarte partis de virtutibus in generali.

Capitulum primum de diffinitione virtutū atq̄ꝫ earundem diuiſione.
Capitulum.ij.de acquiſitione virtutū:⁊ quomodo ſumatur medium in eis.
Ca.iij. Que bona operentur in nobis virtutes.
Ca.iiij.de inequalitate receptionis virtutum et quō ſunt gradus in eis.
Ca.v.de ꝯnexione virtutū cōcathenate ad inuicem:⁊ quēadmodū vna ſine altera haberi ñ pōt
Ca.vi.de duratione virtutum.

Titulus ſecūdus de prudentia.

Capitulum primum quō dicitur prudentia que medium preſigit in omni virtute.
Ca.ij.de partibus integralibus prudentie.ſ.memoria:intelligentia:⁊ puidentia.
Capi.iij.de partibus ſubiectiuis prudentie:⁊ de cognitione ſuipſius.
Ca.iiij.de prudentia monaſtica aut particulari ⁊ nouē regulis directiuis humanā vitam.
Ca.v.de prudentia canonica.
Ca.vi.de prudentia regnatiua.
Ca.vij.de partibus potētialibus prudentie ⁊ ei annexis videlicet. Eubolia:ſineſi.⁊ gnomin.

Titulus tertius de fortitudine.

Ca.primum fortitudo tripliciter animā firmat: quo ad ſe contra mūdi vanitates: quo ad bonū cōmune contra patrie hoſtilitates:quo ad deū contra erroris prauitates.
Ca.ij.circa que conſiſtit virtus fortitudinis.
Ca.iij.de triplici martyrio.
Capitulū.iiij.de partibus fortitudinis integralibus ⁊ ſubiectiuis.
Ca.v.de partibus fortitudinis que eis annectūtur ⁊ primo de magnanimitate.
Ca.vi.de magnificentia qḋ ſit ⁊ quibus ꝯueniat
Ca.vij.de virtute patientie.
Ca.viij.de pſeuerantia:quid ſit:circa que conſiſtat ⁊ de effectibus eius.

Titulus quartus de tēperantia.

Capitulum primū quid ſit temperantia:et circa quam materiam verſatur.
Capi.ij.de partibus potētialibus temperantie ⁊ primo de continentia que tripliciter ſumitur.
Ca.iij.de manſuetudine quid ſit ⁊ in quo differt a clementia.
Capi.iiij.de partibus ſubiectiuis temperantie:q̄ ſunt abſtinentia:ſobrietas:⁊ caſtitas.
Ca.v.de ſobrietate.
Ca.vi.de caſtitatis materia:cauſa ⁊ gradibus.
Ca.vij.virginitas quid ſit:⁊ per que amittatur.
Ca.viij.de virginitatis coronatione:poſſeſſione ⁊ dignificatione.
Ca.ix.Clementia quid ſit ⁊ in quo ꝯſiſtat.
Ca.x.modeſtia quid ſit:⁊ quibus cōmendatur.
Ca.xi.de ſtudioſitate.
Ca.xij.de humilitatis quidditate.

Titulus quintus de iuſticia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf